


5.

Nobilissimo, Amplissimoq; Viro,
D. Constantino Eugenio,
Equiti, Sulicemsi Toparcha s.
Mæcenati Venerando, Alb. Rusius
officiosissime S. D.




Die Venens præterito oblata mihi est a Nobiliss. Lei-
dentis Academiæ Curatoribus Professo Juris ordinaria
et annuū mille florenorum stipendium. Hunc honorem
(ut jam de pristinis tuis in me ^{meisq;} ~~mentis~~ ^{quavis parte} ~~fileam~~) magna
plane partem tibi, Vir Observande, me ~~de~~ ^{de} ~~bere~~ ^{liber}
tissime profiteor. Ceterum cum decem modo, vel cis
ater, anni effluxerint, quod hic ~~cinque~~ flor. salario
fruar, atq; ferventi etiamnū Potentiorū Cass. gratia,
iq; auctioris honorari spem mihi non exiguum faciunt,
et ab aliquo tempore hic longe, quam antedæ frequen-
tiores Juris Studiosos doceam, Mæcenates, Necepsini
et Amici omnes, judicio pollentes, uno ore vetant, minus
antiquo illo gratum habere stipendium, cautantes
si fecus faxero, non equam cuiuscunq; honoris mei et rei
familiaris rationem me initerum. Solent quidem
D. D. isti Curatores invito Professore illo more invita-
re, sed ^{et} bono loco evocatis ijs desiderantibq; liberaliter
prestare, ne quid res familiaris in præsentibus et certis
vetimenti capiat, ~~at~~ ^{ut} potius, ut accrementi quid. Etiam
recens Medico, vix mea astat, et professione publica
(qua ego jam XIV annos fungor) nunquam antè funit,
similiter prius invitato, contulerunt annuos ~~cinque~~
flor. Id si ab iis impetrare potero, lubens, omissa futuro
rum, qua hic affulget, ingenti spe, delatum munus
amplectar, sin minus decore manere, quam indecor-
migrare malo. Sane sententiam si tu, Vir admodū
colende, pro equitate tua comprobaveris, nullus
ambigo, quin veterem tuam erga me beneficentiam
exercere, et huic negotio apud Illustrem Amicū tuū
operam tuam impertire perrecturus, adeoq; ^{me} ~~benefici~~
cumulaturus sis; que memori gratissimog; semper
pectore circumferam, dum memor ipse mei. Nobiliss.
quoq; Filius tuus salutem amicissime ascribo.
S. D. Amstelredami xxv Martii A. C. ~~MDCLXXIX~~ A. Greg.

[Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, likely Latin or Dutch, covering the majority of the page.]



[Small handwritten mark or signature at the bottom right corner.]



Nobilissimo, Amplissimo
Illustriissimo Viri,
D. Constantino
Dugemio, Equiti, To-
parche & Subsecretario, Prin-
cipi Aunctorum a Consilio f.
Sagum.